



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 37. Clementis X. summi Pontificis obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

Sæc. XVII. præter summum Pontificem etiam Angliæ & Lusitanæ Reges, necnon Respublica Veneta suas offerebant partes; ast Lusitanus de collusionem cum Gallis suspectus, & Venetus Hispanis exosus rejiciebantur: omnibus placuit summi Pontificis opera, exceptis Hollandis, qui pro inveterata sua, cæcæque Romani Pontificis averfatione eundem rerum suarum Procuratorem designari renuerunt: His tamen prævaluit ceterorum numerus, auctoritasque.

§. XXXVII.

Clementis X. summi Pontificis obitus.

Priet. cont.
Annal.
pag. 957.
Chronol.
Rom. Pontif. p. 123.

Attamen promovendæ pacis spem, laboremque intercidit invidia mortis, qua sublatus Clemens X. Pontifex Maximus die vigesima secunda Julii septimo regiminis sui anno vix inchoato in pace requievit. Attigerat annum ætatis suæ octogesimum sextum, unde non tam mortis violentia, quam virium defectu omnibus Ecclesiæ Sacramentis rite munitus vivere desiit, sepultus tri-duo post in Basilica D. Petri in Sacello SS. Eucharistiæ: Funebrem habuit orationem Abbas Malagonellus.

§. XXXVIII.